

tionem appellationis in hac parte pro fabrica interposita, nec litis inter has partes vertentis, cap. inter monasterium, ubique gloss. verb. processus de re judic. Gregorius decif. 2, n. 5. Buratt. dec. 776, n. 10. Et de lite cum fabrica latè idem Marant. respons. 21, n. 7. cum seqq. dicto lib. 2. Ac demum excluso Andrea de Muinis ab intestato controversam hereditatem præterente, quia vulgare est cessare causam intestati ÷ existente testamento, l. antequam, C. commun. de succes. l. quoad la 2. ÷ l. nec his, §. fin. ff. de acquir. possess. quod ad favorem piæ causæ sustinetur, non obstante præteritione, ÷ non solum ascendentium, sed etiam liberorum, ut firmat Clarus in §. Testamentum quæst. 6. n. 8. Crass. in eodem §. quæst. 18, nu. 8, Carolus Tap. decif. Neap. 58, n. 11.

Atque ita fuit resolutum omnibus informantibus, &c.

DECISIO CXIII.

R. P. D. MELTIO.

Beneventana dotis.

Lunæ 26. Aprilis 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia transit in iudicatum ob non prosecutam appellationem.
- 2 Restitutio in integrum non datur non constituto de læsione.
- 3 Sententiæ validitas ex revolutione processus dignoscitur.
- 4 Via executiva agitur ad mandatum de associando.
- 5 Promittens solvere ad effectum investiendi, si non solvit, tenetur ad interesse.
- 6 Verbum, relinquere, importat actum ultimæ voluntatis.
- 7 Infirmitas sola donatoris non inducit præsumptionem fraudis. Amplia ut n. 8.

Julia Mora cum debitor remaneret Lucretiæ ejus filix, & Federici viri in ducatis 1500. occasione residui dotis illi constituta, unâ cum fructibus decursis, & non solutis assignavit de anno 1621. dictis conjugibus annum redditum ducatorum 90. super quodam ejus prædio Dischii, & ejus domibus exigendum, donec fuissent integraliter satisfacti de dicto residuo dotis, dictaque assignatio facta fuit cum pacto precarii, & facultate apprehendendi possessionem propria auctoritate; cujus vigore prædefuncto dicto Fabricio viro Lucretia egit, & obtinuit ad dicta bona associati, citatis filiis, & hæredibus quondam D. Vincentii Mora hæredis D. quondam Juliæ, ad quorum instantiam interposita; sed non deinde prosecuta infra legitimum tempus, appellatione, causaque ad Rotam delata dubitatum fuit, an constaret de iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum. Et Domini affirmativè quoad primam partem, negativè verò quoad secundam responderunt.

Constat enim de re iudicata, quia cum à die relaxati mandati de associando ad diem prosecutionis appellacionis, nedum effluerit biennium, sed sexennium absque nulla fatalium prorogatione appellatio effecta fuit deserta, ÷ mandatum fecit transitum in iudicatum, perinde ac si

ab eo appellatum non fuisset, cap. cum sit Romana extr. de appell. Clem. si appellationem eodem tit. l. 2. ÷ l. fin. ÷ auth. hi qui C. de tempor. ÷ repar. appell. Rot. in recent. decif. 414, n. 3. p. 5. & fuit dictum, in Aquil. Jurispatron. 4, Jun. 1646. coram E. D. Card. Corrado.

Pariter Domini censuerunt non constare de causis restitutionis in integrum, quia illa non datur sine læsione ÷ resultante ex injustitia, vel nullitate sententiæ, Rota, coram Scraphin. dec. 634, n. 1, dec. 731, n. 1, p. 2, recent. ÷ in Romana Salviani 30. Januarii 1645. coram R. P. D. meo Bichio, §. pro rata fructuum, ÷ in Romana hereditatis 18. Maii 1648. coram R. P. D. Peutingerio. Cum itaque in proposito casu, ne dum non constet de aliqua nullitate, vel injustitia mandati, sed potius illud undique justum, & validum appareat, merito dicta restitutio in integrum denegata fuit.

Validitas non controversatur, & satis probata apparet ex revolutione ÷ processu, ex quo constat de omnibus requisitis, juxta vulgatam decisionem Caputaq. decif. 260, p. 2.

Justitia verò patet ex dicto instrumento assignationis annuorum ducatorum 90 super prædio Dischii, & domibus, donec fuisset solum dictum residuum dotis ducat. 150, cum pacto precarii, & auctoritate apprehendendi possessionem propria auctoritate, cujus vigore potuit Lucretia executivè ÷ agere, & mandatum de associando obtinere ad possessionem dictorum honorum pro satisfactione dicti annui redditus ad text. in l. 3. ibique Gloss. verb. Non videtur, & communiter DD. C. de pign. Alex. conf. 131, n. 4. post med. vers. Ibi etiam singulariter, lib. 4. Signorolus, conf. 4, n. 15. vers. 2. Insurgit Rota, coram Buratto, dec. 887, n. 4, vers. Justitia autem, & fuit dictum in Bisuntina census 27. Novembris 1645, coram E. D. Card. Conrad. in Rom. vineæ 29. April. 1648. ÷ 23. Mart. 1649, coram R. Terracinen. §. cum itaque, in fine.

Neque obstat præterita injustitia mandati ex eo deducta, quod cum, soluto per mortem viri matrimonio, desierit dos, cessare propterea deberet etiam assignatio fructuum, pro quibus concessa fuit associatio, quia dicti fructus non debebantur, tanquam dotales, sed tanquam specialiter assignati Lucretiæ, donec fuisset satisfacta de scutis 1500. pro residuo suæ dotis, quæ conventio valida fuit; quia cum Julia promississet solvere dictam dotem ad effectum investiendi ÷ in tot bonis, & interim solvere fructus ad rationem octo pro centenario, utique tam Lucretia, quam ejus hæredes bene possunt consequi dictum annum redditum, ut supra assignatum loco eorum fructuum, quos percepissent, atque perciperent, si dictum investimentum factum fuisset, Hondedeus, conf. 39, n. 13. ad med. ÷ seqq. lib. 2. Grat. disc. pr. forens. c. 240, n. 34. vers. Quamvis, ÷ seqq. ÷ c. 579, n. 18, cum seqq. Rot. dec. 904, ad finem vers. Non obstat, quod Tiberius p. 4, divers. & fuit dictum in Romana multiplici, coram Ubaldo, quæ est decisio post Cencium de censib. 479, n. 9, ÷ 10, in Bononiens. de Lambertinis coram R. P. D. meo Bichio post Zach. de oblig. Cameral. decif. 275, n. 40, ÷ seqq. vers. Neque ad hunc effectum, in Romana investimenti 22. Junii 1629, ÷ 22. Maii 1630, coram R. Terracinen. in Ariminens. primogenituræ 15. Maii 1634, coram Cocino in Viterbien. dotis 26. Junii 1641, coram R. D. meo Decano, in Romana quatuor domorum 21. Junii 1649, coram R. P. D. Peutingerio, ÷ denique in Romana fructuum census 24. Novembris 1649, coram R. P. D. meo Verolpio.

Non

Non etiam refragatur alterum præteritæ injustitiæ objectum in eo fundatum, quod cum Lucretia in instrumento dotali promiserit, e-veniente casu restitutionis, illam restituere secundum consuetudinem Neapolis nuncupatam alla nova maniera, in qua disponitur, quod mulier decedens sine filiis non possit disponere, nisi de medietate dotis, alterâ medietate dotanti reservata; ex dote autem scutorum 3500. Lucretiæ promissa jam perfoluta esset summa scutorum 2000. ideo nulla actio Marchioni Gofredo hæredi dictæ Lucretiæ pro dicta associacione competere, sed potius ipse teneretur refundere alteri parti scuta 250. quæ plus sua medietate consecutus fuerat.

Objectum enim de facili tolli visum fuit ea facti animadversione, quod non Marchio Gofredus, prout Joannes Dominicus, alique de Mora male supponuntur, sed ipsamet Lucretia pro associacione instetit, ac illam obtinuit, & ita frustra de excessu opponitur præteritu dictæ consuetudinis, quia vivente dicta Lucretia integra dos illi debebatur, nec consuetudini locus esse poterat.

Præterea ponderatum etiam fuit, quod admisso, ut de tempore petita associacionis mortuo jam fuisset dicta Lucretia, adhuc actio Marchioni Gofredo ipsius hæredi optimè competit set pro dicto residuo dotis consequendo, nihil obstante supra dicta consuetudine Neapolis: nam cum Lucretia titulo donationis irrevocabilis inter vivos dicta scuta 1500. donasset Marchioni, consuetudo huic casui applicari non poterat, quia illa adimens mulieri facultatem disponendi ultra medietatem, loquitur quo verbum, relinquere, ÷ quod ex propria sui natura actum gestum per viam foliis ultimæ voluntatis, & non inter vivos importat §. disponat, Auth. de nuptiis. Jas. in rubr. ff. solut. matrim. nu. 29, ÷ 30, ibique Alex. n. 16. Paris. conf. 21, num. 48, versic. minus, ÷ lib. 2, ÷ conf. 33, n. 57, vers. cum verbum disponere, lib. 3. Nat. conf. 563, n. 26, vers. ostenditur ex eo, volum. 3. Surd. conf. 337, n. 7, ÷ decif. 273, n. 12, vers. 2, quia, ÷ decif. 279, n. 7, vers. quia hæc est propria; & in specie consuetudinis Neapolitanæ, vel similis firmat Afflict. decif. 370, n. 12. vers. verbum enim, Franc. decif. 435, n. 35, ÷ decif. 518, nu. 7, ÷ seqq. Boer. decif. 204, numer. 46. Peregrin. decif. Pavavin. 68, sub n. 11, & in puncto casus nostri fuit resolutum in Beneventana donationis, seu Territorii coram Gypso, quæ est decif. 879, n. 1, ÷ per tot. part. 4, divers. ubi in specie consideratum fuit, quod consuetudo prædicta, tam in Capitulis antecedentibus, quam subsequenter, loquitur tantummodo de ultimis voluntatibus; ex quo inferitur, ut etiam in dicto Capitulo intelligenda sit, retento eodem Themate.

Denique non obstat, quod dicta donatio facta præterdatur in fraudem dictæ consuetudinis, ex quo Lucretia de tempore donationis in lecto infirma, & morti proxima jacebat. Quia ultra quod donatio facta fuit de mense Augusti, & ipsa deceffit de mense Novembris, adhuc sola infirmitas ÷ non est apta inducere fraudis præsumptionem, nisi & aliæ conjecturæ dictæ fraudis adminiculativæ concurrant, Alexander, in l. si quis posthumus, in princip. ff. de liber. ÷ posth. Burfat. qui alios cumulat, conf. 40, n. 70, vers. nec est verum, Rot. divers. decif. 879, in fine, vers. Non obstat quod Domina Felicianæ, part.

4, tanto minus, cum dicta donatio appareat facta Gofredo nepoti, ratione sanguinis, ÷ benevolentia, quo casu cessat quæcumque contraria præsumptio, ut in terminis firmant Giova-gnon. conf. 44, n. 61, ÷ seqq. lib. 2, & Burfat. d. conf. 40, n. 66, ÷ 67, vers. 30. dicitur. Et ita utraque parte, &c.

DECISIO CXIV.

R. P. D. CELSO.

Romana Apothecarum.

Mercurii 17. Maii 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Obligatio Cameralis habet executionem paratam.
- 2 Bona reperta in hereditate debitoris præsumuntur illius.
- 3 Executio præsumitur valida.
- 4 Donationes tot censentur, quot personæ quibus donatum fuit. Stipulatæ pro filiis, filii à donante, non à donatario dicuntur habere, n. 5.
- 6 Filii tanquam filii, non uti hæredes, vocati censentur ad donationem pro filiis à parentibus stipulatam, ÷ num. 7. In condicione positi ex statuto Urbis censentur vocati, n. 8. Amplia, ut n. 9.
- 10 Clausula contractui adjecta ab eo restrictionem recipiunt.
- 11 Retentio non nisi in bonis debitoris competit. Pro credito illiquide non datur, n. 12.
- 13 Ususfructus ex reservatione proprietatis censentur translata.

Antonius de Di Amati, hæres Matthæi patris obtinuit mandatum ab A. C. contra bona hereditaria Antonii Mainardi sui debitoris, cujus vigore fuit facta executio super apotheca, & mansionibus controversis, sitis propè Montem Jordanum, sed adita signatura, & commissa causa bon. mem. Bichio, cum clausula, ut ad legitimam executionem procederet, fuit coram eo disputatum prædictum dubium, & resolutum affirmativè, quia verò morte præventus non valuit decisionem extendere; ego subrogatus in ejus locum à Reverendiss. D. meo Decano hujusmodi onus assumpsit.

Ratio resolutionis fuit, quia creditum de Di Amati est indubitatum, resultans ex instrumento publico sub obligatione ÷ amplissima in forma Camerae quod propterea paratam habet executionem, & jus tribuit pro obtinente mandato, contra hæredem obligati, ut tradit Gallef. de oblig. Camer. quæst. 4, n. 12. ibique Add. n. 16, ÷ 13. Rot. decif. 686, nu. 11, ÷ decif. 695, eod. nu. part. 2, recent. ÷ coram Merlin. decif. 577, num. 1.

Et bona executata reperta fuerunt in hereditate Antonii debitoris, ÷ unde ad ipsum præsumuntur spectare, donec contrarium ex adverso probetur juxta Gloss. in l. 1, verbo, restituantur, Cod. de privil. fisco. Rota coram sanct. mem. Gregor. decif. 402, num. 2. & coram Burat. decif. 196, n. 1, ÷ seqq. ÷ decif. 675, n. 3. ÷ in recent. decif. 533, nu. 1, ÷ decif. 568, num. 1, ÷ 2, part. 5.

Rectè itaque fuit facta executio super bonis prædictis pro qua in dubio pronuncandum

r 4

venit

† venit ad text. in l. 2. Cod. de offic. civil. Judic. Surd. conf. 39, num. 7. Rota, decis. 56, numer. 17. part. 4, tom. 2, recent. & coram Duran. decis. 345, num. 1.

Nec subsistit quod bona prædicta subjaceant fideicommissio Annibalis, cum prohibitione expressa de non alienando tanquam sibi donata occasione certi matrimonii à Joanne Baptista patre: nam cum talis donatio facta fuerit non solum Annibali, sed etiam filiis tot censentur donationes † quot sunt personæ in donatione comprehensæ, & una donatio dicitur facta in persona patris, altera in persona filii. Angel. in l. apud Julianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. Gama, decis. 174, n. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 9, part. 1, numero 10, & 18, & ultra relatos per Gratian. cap. 924, num. 31, & sequentib. firmavit Rota coram Merlin. decis. 404, num. 7.

Undè Antonius junior recognoscit donationem à Joanne Baptista donante, † non autem ab Annibale donatario, juxta notata per Bald. in cap. 1, numer. 3, & in fin. si Vassall. feud. priv. Castr. in l. si pecuniam, num. 11, ff. de cond. caus. dat. Menoch. qui alios cumulat conf. 1153, n. 3, Rot. coram Merlin. dicta decis. 404, num. 7, & consequitur bona prædicta ex persona, & uti filius Annibalis, † non autem tanquam hæres, Rota, decis. 127, n. 4, & 5, part. 6, recent. Romana fideicommissi, de incoronatis 5, Martii 1640. coram Pirovano in Avenionens. fidelicom. 4, Februarii, & 26. Junii 1647, coram R. P. D. meo Verospio, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum 4. Junii 1655, coram R. P. D. meo Cerro.

Quæ fortius dicenda veniunt in præsentis casu, tum quia donatio facta fuit occasione certi, & determinati matrimonii contrahendi cum Alexandra de Alexandris, quo casu insurgit non levis conjectura quod donatio censetur facta filiis uti filiis, † non autem uti hæredibus, prout illam ponderat Rota, decis. 127, num. 9, & seqq. part. 6, recent. & decis. 114, n. 21, part. 7, in Romana divisionis 16, Junii 1641, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum 4. Junii 1655, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana restitutionis dotis 30. Maii 1653, coram R. P. D. meo Bevilacqua.

Tum etiam quia filii in eadem donatione fuerunt pluries in conditione positi, † quo casu ex statuto Urbis lib. 1, cap. 142, censentur dispositivè vocati, perinde ac si nominatim vocati fuissent, ut firmavit Rota coram sanct. memor. Gregor. decis. 575, n. 1, & 10. in recent. decis. 417, n. 4, part. 4, & decis. 185, n. 1, & sequentib. & decis. 248, n. 1, & 2. part. 7, & coram Merlin. decis. 247, n. 11.

Quod procedit sive sint positi in conditione in dispositione facta per viam ultimæ voluntatis, † sive inter vivos, ut dixit Rota, decis. 732, n. 1, part. 3, decis. 142, n. 3, in fine, part. 4, decis. 473, n. 1, & 2, part. 4, tom. 2, & decis. 114, num. 4, part. 7.

Nec resistunt clausulæ adjectæ in donatione facta per eundem Joan. Baptistam ibi donavit Annibali præsentis, &c. omnia jura, &c. ad habendum, &c. quia non propterea fuit immutata substantia donationis factæ filiis in antecedenti capitulo, sed dictæ clausulæ † famulantur contractui, cui adjiciuntur, & ab illo restrictionem recipiunt, Rota in recent. decis. 60, nu. 12, & 13, part. 5, coram Merlin. decis. 532, sub num. 8, & seqq. & in Cajetana bonorum 3, De-

cembri 1646, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana domus 20. Maii 1647, coram bon. memor. Peutingerio.

Hinc cessat asserta retentio prætensa per Alexandram occasione crediti dotalis contra bona Annibalis viri, nam cum bona prædicta non sint de hæreditate Annibalis, sed spectent ad Antonium frustra super illis retentio opponitur, † quæ non competit nisi in bonis debitoris, ut dixit Rota in Maceraten. Salviani seu interusuriorum 12. Maii 1608, coram bon. mem. Manzanedo penes Zacch. de obligat. Camer. decis. 130, n. 7.

Maximè cum eadem Alexandra per plures annos retinuerit bona hæreditaria Annibalis, ex quorum fructibus vel præsumitur satisfacta, vel saltem ejus creditum remanet adedè illiquidum † ita ut non mereatur retentionem. Rota in Reginen. seu Salernitana bonorum 25. Maii 1646, coram R. P. D. meo Meltio, & in Romana Casalis 23. Junii 1653, coram me.

Demum non subsistit quod Joannes Baptista donaverit tantummodo habitationem, non autem proprietatem Domus, nam dum de illa ad favorem alterius non disposuit, & addidit se donare habitationem, usum & fructuonem, & quod extantibus filiis Annibalis Hieronymus, & Antonius nihil in dicta Domo prætereundere possent, reservando sibi usumfructum † tantum ex his apparet etiam proprietatem fuisse in donatarium translata, l. Nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. legat. Paris. conf. 9, nu. 11, lib. 1. Rot. coram Burat. decis. 24, n. 10, & coram Merlin. decis. 586, num. 4.

Et de utraque, &c.

DECISIO CXV.

R. P. D. VEROSPPIO.

Romana Censur seu Salviani.

Lunæ 29. Maii 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Feudum à primo acquirente censui hypothecari potest. Pretio acquiri, vel meritis idem est, n. 4.
- 2 Merita Principis ex assertione probantur in specie narrata subsistunt, num. 3. Actionem non pariunt nisi de congruo, n. 5. A successoribus controversi non possunt, num. 6. Non æquipollere valori feudis asserens probare tenetur, n. 10.
- 7 Lumen majus trahit ad se minus.
- 8 Feudi valor ex redditu colligitur.
- 9 Concessio pro pretii parte pro residuo remuneratoria censetur, excedens merita feudatarii in quarta parte, non ideo dicitur lucrosa, n. 11. & n. 12.
- 13 Assensum prætendi onus creditoribus non potest imponi in feudo suapte natura hypothecabilis.
- 14 Detractiones ex feudo primogenituræ debentur.
- 15 Assensus ad majorem cautelam adhibitus non præjudicat.

Fratribus de Gavottis Agentibus ex remedio utilis Salviani immisio in antecedenti instantia pro fructibus census scutor. 10000. in sorte

forte denegata super officio Præfecti Cursorum à Marchione Juniore de Tassis pro Serenissimo Catholico Rege in Urbe possessio; hodie decreta fuit coram me, ex ea ratione potissimum, quod dum Antonius senior prædictum officium † ex onerosa causa receperat ejus proinde reditus in præjudicium successorum legitime potuit censui hypothecare juxta doctrinam Bald. in l. 1, n. 32, Cod. per quas pers. nobis acquiritur. Gu-tier. Canonic. quæst. lib. 2, cap. 5, n. 47, Giurb. de Success. feud. c. 118, §. 1, gloss. 15, n. 24, vers. nisi debita Rota in Romana dotis 22. Junii 1645, in §. 1, cum seqq. coram Eminentissim. D. Card. Ouhobono, & in Cesenaten. Emphyteusis 23. Januarii in princ. 16. Junii 1651, in §. Quibus tamen coram R. P. D. meo Albergato, Capic. Latr. decis. 6, n. 25.

Hanc verò acquisitionem officii onerosam extitisse suadent militaria quamplura servitia ab eodem Antonio erga Regiam Majestatem exercita, in quorum remunerationem tum primæva concessio Simoni quoque, dum viveret, attributa, tum altera in ipsius successores prorogata ex Regia assertione † convincitur emanasse, cui debet plene quicquid dicendum foret in privatis in proprio casu deferri ad text. in Clem. unic. de probat. Not. Peregr. conf. 4, n. 29, & 30, lib. 1. Nat. conf. 522, n. 31. Dec. conf. 25, n. 38, & 40, Ruin. conf. 21, n. 7, lib. 5. Riminald. jun. conf. 323, n. 4, & conf. 556, n. 108. Menoch. conf. 1003, n. 76, & 77. Surd. conf. 419, n. 65, cum aliis late deductis per Garz. de Hispanor. nobilit. gloss. 2, n. 20, Alex. conf. 216, n. 22, lib. 2. Rota, in Sarsinaten. feudi §. 2. Junii 1645, in §. Præterea in hoc feudo coram Reverendiss. D. meo Decano. Præsertim quia eadem potissimum merita pro colore concessionis nequeunt ex stylo Notarii apposita præsumi, dum specialis eorumdem mentio præcessit in hæc verba: Nos considerantes multa grataque obsequia singulari fide solertia & vigilantia ab eodem nobis per complures annos præstita primum in bellicis expeditionibus in Africa ad Gilvas, & Tunetum oblati, quarum in utraque captus à Turca propriis sumptibus suis se redemit, deinde in Belgio Columnellum militum cohortium Italarum peditum agens. Denique in dicto officio gratam, & probatam nobis operam navans, &c. ex qua speciali † propterea mentione remuneratoria profus concessio evasit, ut notat Oidra. conf. 5, in fin. Alex. conf. 40, numer. 14, lib. 4, Jac. conf. 227, nu. 35, cum plur. seqq. & n. 64, in fin. vers. 3, notabilis lib. 2. Roland. conf. 13, n. 60, lib. 3. Honded. conf. 47, n. 50, lib. 1. Menoch. conf. 307, n. 12, Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 10, p. 2, n. 24, Rota decis. 50, n. 7, p. 6, recent. Onerosum titulum juxta veriorum DD. sententiam assumens, cum idem † propemodum sit sive res ipsa pretio mediante, sive ex meritis comparatur, juxta text. in l. Aquilius, & ibi gloss. in casus figurat. ff. de donat. l. sed, & si lege, §. Consuluit, ff. de petit. hæred. & in l. si vero, §. non remunerandi, ff. mand. Bald. in auth. ex testam. n. 14. Cod. de collat. Rol. conf. 13, n. 13, n. 60, lib. 3. Nat. conf. 475, n. 2, lib. 3. Galvan. conf. 8, n. 42. Menoch. conf. 309, n. 19, & de præsumpt. lib. 4, præsumpt. 167, n. 32, Clarus senten. lib. 4, §. Donatio, q. 3, n. 1, ubi testatur de communi Merlin. de legit. lib. 2, tit. 11, §. 5, n. 32, Rota in recent. d. decis. 50, n. 5, part. 6, & coram bon. mem. Merlino, decis. 699, a. 34, & 34, in fin. licet nulla pro meritis actio Antonio competeret contra Regem, cum tamen is ex congruentis † justitiæ debito; non autem ex condigno anti-

dotalem suam obligationem explere teneretur, ad text. in c. relatum il secundo in verbo, juxta servitii meritum, de testam. l. sed & si lege, §. Consuluit ubi post gloss. in verb. obligaverunt, notat Bart. ff. de petit. hæred. Menoch. conf. 331, num. 72, & conf. 1003, eod. n. cum seqq. de præsumpt. l. 4, præsumpt. 167, n. 33, Bardel. conf. 82, a. n. 31, usque ad n. 36, lib. 1. Decian. conf. 25, n. 36, lib. 1. Surd. conf. 419, n. 54. Sanchez de matr. lib. 6, disp. 6, n. 2, & respondit Rot. in hac ead. causa sub die 8. Junii 1654, in fin. princ. coram R. P. D. meo Bichio.

Neque merita poterunt consumpta præsumi ex primæva concessione gratiæ ad Simonis vitam officium prorogantis. Vel quia ex eisdem Antonii meritis † illud in successores æquè transmittitur, quæ meritorum assertio à Marchione ex concessionis jure se tuente nequit impugnari, ut advertit Aym. conf. 217, nu. 7. Decian. conf. 25, n. 40, lib. 1. Surd. conf. 323, n. 29, & 30, Cephal. conf. 397, n. 61. Socin. sen. conf. 13, n. 5, & conf. 82, n. 3, lib. 3. Rota coram Burat. decis. 243, n. 7, & coram Pen. decis. 364, n. 17, vel quia primæva gratia prorogationis nondum executata in alteram perpetuationis translata fuit, quæ majoris lucis † ad instar lumen minus ad se traxit, ut advertit Bero. conf. 156, n. 1, & 2, vol. 3. Francisc. à Ponte, de potest. Proreg. tit. 10. de divers. prov. vij. rubr. de potest. substituit. n. 6, & 7, Maltril. de magistrat. lib. 1, c. 28, n. 67, cum seqq. Lar. alleg. fise. 50, n. 8. Capic. Latr. decis. 26, n. 25.

Et licet senta 50, mil. Regi attributa videantur titulum onerosum excludere, ex quo valori officii nullatenus respondent, sive annuus reditus scut. 14 mil. † sive ejusdem proprietatis in scutis tercentum millibus circiter inspicitur juxta doctr. Bald. in prælud. feud. n. 11, Socin. sen. conf. 4, n. 6. vers. Quinimo, Bald. lib. 3, cum aliis in decisionibus antecedentis instantiæ sub die 27. Junii 1653, & 8. Junii 1654, in §. Ut propterea coram R. P. D. meo Bichio, dum tamen pro finali causa concessionis ex tenore gratiæ spectantur hæc merita ibi. Et pro Conventio & finito pretio integro, & finali pagamento venditionis ejusdem solutionis, & remunerationis dictorum servitorum; pro reliqua summa valoris † in scutis ducentum circiter quinquaginta millibus, concessio remuneratoria extitisse censetur, ut advertit Corn. conf. 194, n. 2, vol. 3. Dec. conf. 20, n. 5. Tiraqu. in l. si unquam, in verb. donatione largitus, n. 79, & seqq. C. de revoc. donat. Sanchez de matrim. lib. 6, disp. 6, n. 6, ac consequenter onerosa ita ut fructus officii hujus respectu ratæ creditorum hypothecæ remanserint omninò obnoxii, ut advertit Nat. conf. 475, n. 5, & 11, Surdus decis. 290, nu. 2. Add. ad decis. Gregor. 529, n. 23, Rota coram Seraph. decis. 559, n. 19, & decis. 741, n. 3, part. 4, tom. 3, recent.

Hinc merita non obstante stipendio, quod ex adverso contenditur ab Antonio receptum ex Regia existimatione valori officii æquipollere noscuntur. Tum etiam ex præsumptione † Juris onus probandi contrarium in Marchionem deferentis, ut advertit Schrad. conf. 39, n. 128, & seq. lib. 2, Roland. conf. 13, n. 64, lib. 3, Rota coram Seraph. decis. 518, n. 4. Quinimo licet concessio eadem merita pro quarta parte excederet, lucrativam nihilominus causam non induceret, ut advertit Barbosa in l. quæ dotis, n. 60, ff. solut. matrim. Decian. conf. 25, n. 78, lib. 1. Facund. de just. & jur. lib. 4, cap. 3, n. 6. Sanchez de matrim. lib. 6, disp. 6, nu. 9, præsertim quoties magni Principis concessio, † ut in proposito 11 casu